Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fatuarū. Quare tunc ardebant. Quia ñ de erant laudes
hominū. Postea uero quā surrexerunt idē inresurrecti
one amortuus. ceperunt aptare lampades suas. idē pre
parare ꝯdo. operū suorū reddere rationē. Et quia tunc
nemo ē qui laudet. omnis homo causę suę uacat. nemo
ē qui tunc ñ de se cogitet. ñ ergo erant qui oleū uen
derent. ceperunt deficere lampades. et conuerterunt
se. fatuę adquinq; prudentes. Date nobis de oleo uro q̄a
lampades nr̄ę extinguuntur. Hoc querebant q̄d consue
uerant. idē alieno oleo lucere. adalienas laudes ambulare.
Date nobis de oleo uro. quia lampades nr̄ę extinguunt.
At ille ne forte inquiunt ñ sufficiat nobis et uobis.
ite potius aduendentes. et emite uobis. Non consulentiū
sed irridentiū ista responsio. Quare irridentiū. Quia sapi
entes erant. quia sapientia erat inillis. Non eñ sapientes
de suo erant. sed illa inillis erat sapientia de qua scriptū
ē inquodā libro. quę dicit contemptoribus suis cū uene
rint admala quę illis minata sunt. et ego ur̄ę pditioni
supridebo. Quid mirū est quia sapientes irridentfatuas.
Quid ē irridere. Ite aduendentes et emite uobis. Qui non
solebatis bene uiuere. nisi quia uos homines laudabant.
Qui uobis oleū uendebant. laudes uendebant. Qui uendunt
laudes. nisi adulatores. Quanto magis ñ acquiescentis
adulatoribus. et intus oleū portaretis. et ꝑpt̄ bonā con
scientiā omnia opera bona faceretis. tunc dicerttis. Emen
dabit me iustus in misericordia et arguet me. ole
um aut peccatoris non impinguet caput meū. Melius